

nem, & uariarū linguarum cognitionē, simul totius **W**ittenbergen  
 sis Academiae, publico cum Electoris Saxoniae, tum aliorū doctorum  
 suffragio decreta & commissa est, & summa & caput. Hunc autem,  
 quia reliquam multitudinem in Astrorum scientia facile superare uide  
 tur, non contemnendo stipendio praelegendis Mathematicis discipli  
 nis praefecerunt. Edocti enim uiri optimi iam longa experientia re  
 rum, uident quod quibus non est incognitus motus ille communis  
 caeli, eos compendio peruenire posse in cognitionem Theoricæ plane  
 tarum, quos quidem à Sole & Luna maximè uires & operationes su  
 as accipere fatemur. Porro has tabulas, quæ utiles utiq; sunt Scholis pu  
 blicè, & iucundæ priuatim res' cœlestes tractantibus, sub uestro P. C.  
 potissimum nomine publicandas putauī, tum quod ad huius uestrae ur  
 bis meridionalem sunt confectæ, tum quod sicut in Germania regio  
 nes multæ, suas maximè merces ex hisce uestrae urbis pomeriis, in sua  
 inferunt mœnia, ita ex hoc uestrae urbis meridionali circulo, suū quæq;  
 elicere potest. Valete, unà cum florentissima Repub. uestra, diu foeli  
 ces. Ex urbe uestra Norica s. Kalend. Septembris, Anno salutiferi par  
 tus **M. D. XXXVI.**

¶ ij

**Viro**